

## Quā beat⁹ bernardus intrauit cisterciā

**A**nno milleno centeno cum duodeno.  
 Uno coniuncto numeri non exule puncto.  
 Sanctus bernardus vita firma q̄ serenus  
 Et redolens narpus et sancto flamine plenus.  
 Christo doctore seruens pietatis amore.  
 Mundum cum floze tempfit deitatis honore.  
 Undecies binos tunc natus circiter annos  
 Cum nisi ter quinos ordo compleuerat annos.  
 Plus q̄ terdenis socijs sibi federe iunctis  
 Et pretis terrenis pro christi culmine cunctis.  
 Clauditur in clauso de cister corde sereno  
 Mentis alabastrō celesti nectare pleno.  
 Corde bono. vultu leto. non pectore tristi.  
 In domini cultu se maclat pro cruce christi.  
 Spiritui cogit carnem seruire rebellem  
 hanc totam q̄ cogit lex ignea non nisi pellem.  
 Et maceratus homo. pinguescunt abditā mentis  
 In cordis q̄ domo stat gratia ita regentis  
 Per quam virtutum miro candore nitebat  
 Peccati q̄ lutum vi tota despiciebat.  
 Vitās sanctorum sanctus studiose legebat  
 Exemplis quorum fontem vite sitiebat.  
 Irere non potuit hunc sanctum flamma reatus  
 Plurima nāq̄ fuit per tentamenta probatus.  
 Moribus et vita fuit almo. semper adherens  
 Spiritui toto nssu celestia querens.  
 Angelicos cetis exorat cum prece pura  
 Deuoti fletus quibus offert munera plura.  
 Celitus impletus fastidit et hec peritura  
 Ordinat et letus vitam per celica iura.  
 Sic sol iusticie bernardum traxit ab huius  
 Mundi planicie fallax est gloria cuius.  
 Deficit vt fenum perit vt flosq̄ fauilla  
 Cor gerit obscenum quisquis confidit in illa.  
 Nam redit in cinerem que quo plus tendit in altum  
 Tanto per celerem descendit ad infima saltum.  
 Felix qui noluit mundi preponere curam  
 Sed claustrī voluit vitam contingere puram.  
 Angelico more claustralis vita potitur.